

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctorum Fructuosi Aguri et Eulogii

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)

INCIPIT PASSIO SCORUM FRUCTUOSI EPI
 AUGURII ET EULOGII DIACONORUM
 QUI PASSI SUNT TERRACONA SUBVA
 LERIANO ET EMILIANO TUSCO BASSOQUE
 CONSULIBUS. DIE XII. KT. FEBR.

IN DIEBUS ILLIS. CUM ESSET FRUCTUOSUS EPS
 augurius & eulogius diacones. die dominica com
 prehensum. Reposito fructuoso in cubiculo.
 direxerunt se beneficiarii in domum eiusdem.
 id est aurelius. festus. elius. & polentius. dona
 tus & maximus. & cum sensisset pedum ipsorum
 ingressum. confestim surrexit & prodit ad
 eos in solias. Cum milites dixerunt. Ueni.
 praeses te arcesis ire iussit cum diaconibus suis.
 Quibus fructuosus dixit. Eamus. Aut si uultis
 calciam. Cum milites dixerunt. Calciam te ad
 animam tuam. Et mox ut uenerunt. con
 festim recepti sunt in carcerem. Fructuosus
 autem certus & gaudens de coronam ad quam
 uocatus erat. orabat sine cessatione. Erat au
 tem & frater natus cum ipso refrigerantes. &
 rogantes ut illos in mente haberet. Alia autem
 die. baptizauit in carcere fratrem nostrum
 nomine rogatianum. & fecerunt in carcere
 dies sex. & producti sunt die xii. kt. februarii
 as sexta feria. & auditi sunt eadem die. Emi
 lianus praeses dixit. Fructuosum in pone.
 Augurium in pone. Et eulogium introdu
 cite. Ex officio dictum est. adstant. Emi
 lianus praeses fructuoso episcopo dixit. Audistis
 quid imperatores preceperunt. Fructuosus
 episcopus dixit. Nescio quid imperatores uiri pre
 ceperint. ego uero christianus sum.
 Emilianus praeses dixit. Preceperunt
 deos coli. Fructuosus episcopus dixit. Ego unum
 dominum colo qui fecit caelum & terram mare &
 omnia quae in eis sunt. Emilianus dixit.
 scis esse deos. Fructuosus episcopus dixit. nescio.
 Emilianus dixit. scies postea. Fructuosus
 autem episcopus respexit ad dominum. & orare coepit
 in mente. Emilianus praeses dixit. Hi diu au

diuntur. hi timentur. hi coluntur. Sicut
 non coluntur. nec imperatorum uultus a. ora
 tur. Emilianus praeses augurio diacono
 dixit. Noli uerbis fructuosi auscultare.
 Augurius diaconus dixit. Ego dominum omni po
 tentem colo. Emilianus praeses eulogio dia
 cono dixit. Numquid & tu fructuosum colis.
 Eulogius diaconus dixit. Ego fructuosum non
 colo. sed ipsum colo quem & fructuosus.
 Emilianus praeses fructuoso episcopo dixit. Episcopus
 fructuosus episcopus dixit. sum. Emilianus dixit.
 fustibus eos stermit. Quis sit eos sententia
 sua. uiuos ardere. Et cum duceretur fruc
 tuosus episcopus. cum diaconibus ad amphiteatrum.
 populus fructuoso episcopo dolere coepit. quia tale
 amorem habebat. non tantum a fratribus. sed
 & iam ab ethnicis. Talis & in mente qualem
 spiritus sanctus per beatum apostolum. uas electionis docto
 rem gentium debere esse declarauit. Propter
 quod & iam fratres qui sciebant illum. ad tan
 tam gloriam pergere gaudebant potius. quam
 dolebant. Cum quem multi ex fratribus carita
 te. ei offerrent conditum per mixtum po
 culum sumere. ait. Non est hora soluende
 stationis. gerebatur enim hora dies quarta.
 Siquidem & in carcere. quarta feria statio
 nem. sollempniter celebrauerat. Igitur
 sexta feria laetus. atque securus festinabat.
 ut cum martiribus & prophetis in paradiso.
 quem parauit dominus amantibus eum solueret
 stationem. Cumque ad amphiteatrum per
 uenisset. statim accessit ad eum augustalis
 nomine lector eiusdem. cum fleuibus dep
 cans. ut eum discalciaret. Cui beatus mar
 tyr dixit. Dimitte fili. ego mediscalcio.
 Quicum se discalciaret. Accessit ad eum
 commilito frater noster nomine felix. ad
 prehenditque dexteram eius. rogans ut
 sui memor esset. Cui fructuosus martyr
 clara uoce respondit. In mente me habe
 re necesse est ecclesiam catholicam. ab

orientem. usque ad occidentem diffusam. Igitur
in porta amphitheatri constitutus prope am. ut in
gredere dicitur ad coronam in marcescibilem. potius
quam ad poenam. obseruantibus licet ex officio
beneficiariis. quorum nomina supra memorata
sunt. Ita ut & ipsi audirent a fratribus nostris.
& a marciali monente. pariter & loquente spū
scō. Ep̄s sc̄ait. Iam non deerit uobis pastor.
nec deficere poterit caritas. & re promissio dñi
tam hīc quam in futuro. Hoc enim quod cernitis.
unius horae uidetur infirmitas esse. Consola
tur igitur. fratres ingressi sunt ad salutem dig
ni. & ipsi mar tyrio felices. qui sc̄arum scriptura
rum fructus in re promissione sentirent. Sim
les annaniae. azariae. & misaheli extiterunt.
ut & iam in illis diuina trinitas cerneretur.
Siquidem iam in igne saeculi constitutus. & pat̄
non deesset. & filius subueniret. & sp̄s sc̄i in
medio ignis ambularet. Cumque exustifuer
sent fasciolae. a quibus manus eorum fuerant
conligatae. orationis fluuiae & solitae consuetu
dinis memores gaudentes. positae genibus dere
surrectione securi insignio tropheae constituta
dñm deprecabantur. Post haec solita dñi non
defueremagnalia. A per tum quo caelum ui
dentibus babilan. & in igdomio fratribus nr̄is.
ex familia emilianis praesidis. qui erant filiae
eiusdem emiliani. domine eorum carnalis
ostendebant fructuosum cum diaconibus suis.
Adhuc stipitibus quibus ligati fuerant per
manentibus caelum ascendentes coronatos.
Cumque emilianum uocarent dicentes. ueni &
uide quos hodie damnasti. quem ad modum in
caelo spe sua constituta sunt. Igitur emili
anus cum uenisset uidere eos. non fuit dignus
uidere. Fratres autem tristes uelut derelicti
sine pastore. sollicitudinem sustinebant qđ
non dolerent fructuosum. sed desiderarent
unusquisque fidei. & agonis sui memores.
Super ueniente autem nocte ad amphitheatru
cum uino festinanter per uenerunt. ut semi

usta corpora exanquerent. Quo facto eorunde
mar tyrum cineres collector. prout quisque sibi
potuit uindicauit. Sed nec in hoc dñi & saluato
ris nr̄i non defuere magnalia. ut credentibus
fides augetur. & paruulis monstraretur ex
emplum. Oportebat enim fructuosum mar ty
rem. quod in saeculo permiserat cordiam di docen
do promiserat. & iam dñm & saluatorem nr̄m.
in sua passione. & resurrectione carnis con pro
bare. Igitur post passionem apparuit fratribus.
& monuit ut quod unusquisque per caritatem
decineribus usurpauerant. restituerent sine
mora. Et iam emiliano qui eos damnauerat fruc
tuosus ostendit. se pariter cum diaconibus suis
in solis ^{diuine} promissionis. In ore pat̄ pariter & in
sultans se nihil illi pro fuisse. quod frustra exus
tos a corpore interra crederet futuros. quos cer
neret gloriosos. O beati mar tyres igne probati
sicut aurum preciosum. uesti a lorica fidei. & ga
leae salutis. Qui coronati sunt diademate. & coro
na in marcescibili. eo quod diabolicum caput calcaue
runt. O beati mar tyres. qui meruerunt dignam
habitationem in caelis. Ad dexteram stantes xpi.
benedicentes dñm patrem omnipotentem. & dñm
nr̄m iūm xpm unigenitum filium eius. cum spū
scō. cuius regnum sine fine permanet. in saecu
la saeculorum amen.

EXPLICIT PASSIO SCORUM FRUCTUOSI.

AUGURII I T E Y L O G I I

**INCIPIT PASSIO S̄CI PATROCLI MARTYRIS.
QUODEST. XII. K̄T. FEBRUARII.**

TEMPORE ILLO SUB AURELIANO PRESIDE.
facta est xp̄ianis orta tempestas.
Ita ut iam pene cruciarentur omnes. qui in il
lo tempore xp̄iani eē uidebantur. Erat tunc
persecutio xp̄ianorum nequissima ualde. facta
est inquisitio hominum qui legem catholicam dili
gebant. & cum inuenissent eos diuersis poenis
interfiebant. & multi per passionem coronati
transierunt de mundo in regnum caelorum.
Erat tunc in treca sine uir nobilissimus nomine